Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26373
Copyright: Admont, Benediktinerstift



177

Aquę furtiuę dulciores sunt. panis abscondit suauior:
Vnde hic quoq; subditur: Et quasi furtiue suscepit au
ris mea uenas susurrii eius. furtiue uenas susurrii percipi
unt. quia socialis scientię gratiam deserentes. ad hanc
nequaquam per ostium ingrediuntur. dno attestante qui ait.
Qui non intrat per ostium in ouile ouium sed ascendit ali
unde. ille fur est et latro. Venas itaq; diuini susurrii
furtiuę suscipit. qui ad percipienda uirtutis et notitiam
deserto publicę predicationis ostio praue intelligentię
rimas querit. Quia uero fur et latro est qui intrat aliun
de et tenebras diligit et claritatem luminis perhorrescit.
recte subiungit. In horrore uisionis nocturnę quando
solet sopor occupare homines. Sepe heretici dum al
tiora dicere conantur. ipsi sibi testes sunt. quia quę perui
uera non sunt. In nocturna quippe uisione dubie cernit.
Rimas igitur susurrii in pauore nocturnę uisionis se per
pisse asserunt. qui ut ea quę docent alta aliis osten
dant. uir se capere posse denuntiat. Si hinc colligen
dum est quorum auditoribus certa esse potuerunt. quę ipsi
dubia uiderunt. Miro igitur ordine cum alta loquentes per
fluunt in patefactione stultitię. ipsis suę altitudinis
uocibus ligantur. Quanto uero de singularitate sapientię ele